Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30678
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



sibi congruo uelit carere predampnate sunt
et infra hunc elacionis fastum pro excellen-
tissima eternitate vanitatis astucia
procertissima veritate / studia pretium in
diuidua caritate super fallaces inuidi
effecti sunt / leo in sermone / dyabolus omnem
discutit consuetudines ventilat cu-
ras scrutatur affectus et ibi causas quas
nocendi ubique occupat studiosius
uidet Jo. Cris. in sermone. Videbat dyabolus
adam paradisi esse colonum inflatus in
uidua induit serpentis ymaginem in
corporalis enim cum esset corporalis ubi
loqui non poterat Cyprianus in epistola
lata et spaciosa itinera uite letalis /
illic illecebre et mortifere voluptates /
illius dyabolus blanditur ut fallat ar-
ridet ut noceat allicit ut occidat
ipse etiam prestiuit demones futura multa
unde et solent responsa aliqua dare
nec enim illis cognitio rerum plusquam
infirmitati humane partim subtilioris sensus
acuitate / partim experiencia longissime vite
per dei iussum angelica reuelacione dyabolus
hebraice dicitur deorsum fluens / qui quietus in
culmine celi / stare contempsit / sed superbie
pondere deorsum fluens cecidit / grece
uero dyabolus / cum nomen cor cor dicitur / dyabolus
non est immissor sed intentor potius uiciorum
ne enim alicui concupiscencie fomenta incedit
nisi ubi prius prave cogitacionis delectaciones
inuenit Cum quis eum que possidet aliquis
sunt quam se diuina uirtute ab eo
expellendum cognoscit Bernardus in sermone ledit
nos iniquitas dyaboli atque uersucia sed multo
amplius eum nostra simplicitas et nostra
torquet humilitatem nostram non sustinet
uirtutem caritatis nostre mansuetudine et
obedientia nostra cruciatur Jo. Cris. dyabolus

non aliunde ita factus est nisi quia primo quidem
per peccatum desperacione usus est postea
uero ex desperacione in elacionem incidit
et superbiam etc.

De Temptacione
De Cogitacione
De Delectacione
De Consensu
De Peccato
De Superbia
De Vana Gloria
De Inuidia
De Ira
De Accidia
De Auaricia
De Gula
De Luxuria
De Perplexitate
De Conflictu uiciorum
De Gracia
De Penitencia
De Contricione
De Confessione
De Satisfaccione
De Virtute
De tribus virtutibus theologicis
~~Theologicis~~
De Fide
De Spe
De Caritate
De quatuor cardinalibus
De Prudencia
De Memoria
De Intelligencia
De Prudencia
De Fortitudine
De Constancia